

¹ Ἀγνοία *Inscitia* S. 75. v. Διά.

² Ἀγορά *Forum* S. 1. *ἐν ἀγορᾷ πληθούσῃ *Tum cum magna hominum frequentia in foro est* S. 25. v. Ἐν. id. qu. πληθούσης ἀγορᾶς apud Xenoph. Memor. Socr. 1, 1, 10. et apud Theophrast. Charact. Cap. 11. et περὶ πλήθουσαν ἀγορᾶν apud Aelian. V. H. 12, 30. *ἀγοραὶ *Conciones populi* S. 40.

³ Ἄγριος *Saeuus in ciues* S. 66. de tyranno. *ἀγριώτερος *Immanis suctior* S. 72. de bestiis, et ei opponitur ἡμερώτερος. *Fero-cior: *alienior ab humanitate* S. 72. de ciuibus impiis in principes suos.

⁴ Ἄγριότης *Feritas* S. 72. de bestiis.

⁵ Ἀγροικία *Rusticitas morum*. πολλὴ ἀγροικία ἐστὶ *Magnae est rusticitatis: magnam arguit rusticitatem* S. 16.

⁶ Ἀγροικότερον εἰρηθεῖν, εἰπεῖν, ἐστὶ *Rusticius est dictu* S. 41. 64. μὴ ἀγροικότερον ἢ *Verens ne rusticius sit* S. 17. v. not. Nam ἀγροικος dicitur is, a cuius moribus elegantia atque urbanitas abest. Eiusmodi hominis mores leguntur descripti a Theophrasto Charact. Cap. IV. Timaeus explicat per σκληρὸς, ἀπαίδευτος ἢ ὁ ἐν ἀγρῷ κατοικῶν, nec statuit aliquid discriminis, quod aliis Grammaticis, vt Thomae Magistro et Ammonio placuit facere inter ἀγροικος et ἀγροῖκος: hic iis est ὁ ἐν ἀγρῷ κατοικῶν, ille σκληρὸς et ἀπαίδευτος. Vid. Interpret. doctiss. ad Thom. Magistr. Ammonium et Timaeum h. v.

⁷ Ἀγών *Certamen virtutis, quod cum aliis, ad id prouocatis, inicitur*, S. 82. Sic legitur apud Paulum 2 Tim. 4, 7. *ἀγῶνις *Ludi* S. 57.

⁸ Ἀγωνία dicuntur *artes palaestrae*, quatenus earum certamina apud veteres ab adolescentibus ingenuis institui solebant S. 11. Nam ἀγωνία idem est quod ἀγών. Vid. Ind. Fischeri V. C. in Aeschin. et Ind. Euagor. Isocrat. h. v.

⁹ Ἀγωνίζεσθαι πρὸς τινα *Certamen inire cum aliquo* S. 11.

¹⁰ Ἀδαμάντινος *σιδηροὶ καὶ ἀδαμάντινοι λόγοι Rationes adeo firmae, vt non refelli possint nec quidquam contra dici queat* S. 64. Nam adamantini constat tantam esse duritiem, vt neque ferri neque ignis vi possit vinci rumpique: v. Plin. H.

N. 37.